



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

S. Vincentii Lerinensis Galli, Libellus Verè Avreus Adversus profanas Hæreseōn novationes

Vincentius <Lerinensis>

Coloniae, 1652

Exponitur locus Pauli: Licet nos, aut Angelus de cœlo evangeliz et vobis,
præterquam quod Evangeliz avimus vobis, anathema sit. Caput XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55177)

Exponitur locus Pauli: Licet nos, Angelus de caelo evangelizet vobis, praeterquam quod Evangelizavimus vobis, anathema sit.

CAPUT XII.

Magno igitur metu nobis ^{metu} ^{ta} fidei, ac temerata religionis ^{piaculum} pertimescendum est, quo nos non solum constitutione Ecclesiastica disciplina, sed etiam censura Apostolica deterrer a ^{ritatis}. Scitum etenim cunctis ^{quam} graviter, quam severe, quam vehementer invehatur in. quodam ^{beatus} Apostolus Paulus, qui ^{levitate} nimium cito translati ^{rant} ab eo, qui eos vocaverat in ^{gratiam} Christi in aliud Evangelium quod non est aliud: qui coacerant sibi magistros ad sua ^{veritates} a veritate quidem auditum ^{vertentes}, conversi vero ad ^{fallaciam} falsas: habentes damnationem, quod ^{primam} fidem irritam fecissent. Quos deceperant ⁱⁱ, de quibus ad ^{Roma}

Romanos fratres scribit idem Apo-
stolus. Rogo autem vos fratres, ut
observetis eos, qui dissensiones &
offendicula præter doctrinam, quam
ipsi didicistis, faciunt, & declinate ab
illis, huiusmodi enim Christo Do-
mino non serviunt, sed suo ventri:
& per dulces sermones & benedi-
ctiones seducunt corda innocen-
tium. Qui intrant per domos & car-
pivas ducunt mulierculas oneratas
peccatis, quæ ducuntur variis desi-
deriis: semper discentes, & ad scien-
tiam veritatis nunquam pervenien-
tes. Vaniloqui & seductores, qui u-
niversas domos subvertunt, docen-
tes, quæ non oportet, turpis lucr-
i gratia. Homines corrupti mente, re-
probi circa fidem: superbi, & nihil
scientes: sed languentes circa qua-
estiones & pugnas verborum, qui ve-
ritate privati sunt, existimantes que-
stum esse pietatem: simul autem &
otiosi, discunt circumire domos, nõ
solum autem otiosi, sed & verbosi,
& curiosi, loquentes quæ non oportet.

tet. Qui bonam conscientiam repe-
 lentes, circa fidem naufragaverunt.
 Quorum profana vaniloquia ma-
 tum proficiunt ad impietatem, et
 sermo eorum ut cancer serpit. Pe-
 autem, quod de iis item scribitur.
 Sed ultrà non proficiunt: insipientia
 enim eorum manifesta erit om-
 nibus, sicut illorum fuit. Cùm
 gò tales quidem circumeuntes pro-
 vincias & civitates, atque erro-
 venalicios circumferendo etiam ad
 Galatas devenissent: cumque his ad-
 ditis Galatæ, nausea quadam ver-
 tatis adfecti, Apostolicæ Catholice
 cæque doctrinæ manna revomente-
 tes, hæreticæ novitatis sordibus oc-
 lectarentur, ita sese Apostolicæ po-
 testatis exercuit auctoritas, ut sum-
 ma cum severitate decerneret: Sed
 licet aut nos, inquit, aut Angeli
 de cælo evangelizet vobis, præter
 quam quod evangelizavimus; tale
 thema sit Quid est quod ait. Sed
 cet nos? Cur non potius, sed
 ego? Hoc est, etiam si Petrus, etiam
 Andreas

Andreas, etiam si Joannes, etiam si
 postremo omnis Apostolorum cho-
 rus evangelizet vobis, praeterquam
 quod evangelizavimus, anathema
 sit. Tremenda districtio: propter ad-
 herendam primae fidei tenacitatem,
 nec sibi, nec caeteris coapostolis pe-
 percisse: Parum est, etiam si Ange-
 lus, inquit de caelo evangelizet vo-
 bis, praeterquam quod evangeliza-
 vimus; anathema sit. Non suffe-
 rat ad custodiam traditae semel fidei,
 humanae conditionis commemo-
 rante naturam, nisi Angelicam quo-
 que excellentiam comprehendisset.
 Licet nos, inquit, aut Angelus de
 caelo. Non quia sancti, caelestesque
 Angeli peccare jam possint, sed hoc
 est, quod dicit. Si etiam, inquit, fiat,
 quod non potest fieri; quisquis ille
 traditam semel fidem mutare
 tentaverit: anathema
 sit.

B

CAPUT